



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.**

Feria sexta: de i[n]obedie[n]tia. Ser. xxxvj.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

pmittit dicere missas et psalteria: et plures orationes ut accipiant bona altorum: Et iterum subdit Christus. Ehe vobis scribe et pharisei hypocrite qui circumitis mare et arida: ut faciatis eum filium gehene duplo quam vos. Profetus dicebat quod ex gentilitate conuertebatur ad iudaismum: ad quod multum pharisei laborabant propter inanem gloriam: sicut hodie faciunt multi religiosi et predicatorum qui passim et indistincte induunt habitum religionis: vel tertium ordinis quicunque viros vel mulieres et multiplicant gentem: si non magnificat letitiam. Et iterum Christus ibi dicit. Ehe vobis scribe et pharisei hypocrite qui decimatis metum et anetum et cyminum: et reliquias que grauiora sunt: leges iudicium et misericordiam et fidem. Siles sunt hodie illi qui curant de quibusdam leuibus: ut puta fratres minores magnam peccatum reputantes si quis pro necessitate portaret duas tunicas: aut ferret calciamenta et filia et tamen de odio primiti de iudicium falsis: de detractionibus venenosis: de liuore inuidie: de fastu arrogantie: de spiritu presumptionis: de ambitioe honoris: et huiusmodi: aut nihil aut parum curant. Sequitur ibi. Ehe vobis scribe et pharisei hypocrite: qui mudatis quod defors est calicis et paraphidias: intus autem pleni estis rapina et inmundicia. Et iterum ibi. Ehe vobis scribe et pharisei hypocrite: qui siles estis sepulcris dealbatis qui foris parerunt hominibus speciosa: intus vero plena sunt ossibus mortuorum: et omni spurcicia. Et iterum. Ehe vobis scribe et pharisei hypocrite: qui edificatis sepulcra prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Et quibus omnibus habet characterem: ut videtur duriter propter hypocrisim increpabat phariseos Christus. Ad modernis autem temporibus: o quanta diceret si nascitur tunc conuersaretur in terra. Et quis explicet quantum sit hodie hypocritarum numerus: quanta vitia peccata et scadala sub specie scitatis et bonitatis sunt. O deus meus tu vides oia. Facile est decipere indoctas plebes que exteriora tantum considerant. Sed tu intueris et penetras etiam intima cordis. Audes dicere

quod in die iudicij multi qui nunc creduntur boni: iusti: sobrii: continentiores: amatores paupertatis: puri: recti: et simplices: videntur debent in societate damnatorum propter malitiam: incontinentiam: lasciuiam: castimargiam: cupiditatem: et alia peccata que nunc hominibus abscondita sunt: tunc deo omnibus fiet nota. O hypocrite antipristi discipuli qui id ad perpetranda multa facinora estis prompti atque securi: eo quod populus illa non videt: immo sanctos esse vos arbitrat. Ecce in celo testis oim nostrum deus noster cui nihil est absconditum. Vnde Seneca ad Lucillum dicit: Quid prodest aliquid ab homine esse secretum: nihil deo clausum est. Procirco ois hypocrisis est reicienda: viuendum recte atque humiliter: quam deus humilibus hic dat gratiam: et in futuro sempiternam gloriam: in qua uiuit et regnat per eterna secula. Amen. Feria sexta post Reminiscere de iobedictis propter quam deus merito indignas contra ipsos inobedientes et suorum preceptorum transgressores.

Sermo. xxxvi.



Auferetur a vobis

regnum dei et dabitur genti facienti fructus eius. Verba sunt saluatoris nostri originaliter in Mattheo. et in euangelio hodierno. Inscit valde omnipotens deus contra elatos sapbos et inobedientes homines. Et cum eos absque fructu humilitatis et bonorum operum inuenit merito suis beneficijs priuatos in eternum supplicium condemnat. Hoc mystice inuenit in lectione sancti euangelij in qua Christus sapientissimus phariseos induxit ut sententiam ferret contra malos agricolas: qui patrifamilias non dederunt fructum vite in tempore suo. Dixerunt autem illi: Malos male perdet. At et ipse Iesus supradidit quod regnum dei esset auferendum ab illis qui supbissimi erant et inflati vane glorie vetero: ob quam sine fructu vere obediencie legis dei vivebant. Quoniam autem hec pestis virulenta inobediencie iam inuasit multos: cum ipsa sit vnum ex peccatis descendens: a vana gloria: et pro-

## Seria. VI. post Reminiscere.

pter ipsam deus auferit ab hominibus regnum gratie et glorie sue: ideo in hoc sermone de ea erimus tractaturi. Distinguemus autem triplicem inobedientiam.

Prima de phyllophastorum.

Secunda religiosorum.

Tertia excommunicatorum.

De inobedientia primorum parentum propter quam abstulit eis deus plurima beneficia que potulit: et acriter puniuit pena multiplici. Capitulum. s.



Prima est inobedientia phyllophastorum siue primorum parentum per quam de ab eis regnum suum. i. gratiam suam et beneficia illa quibus eos seruauit quando illos eiecit post peccatum de paradiso terrestri. Ad quod plenius intelligendum considerare mus de illa inobedientia tria.

Primo veritatem.

Secundo grauitatem.

Tertio penalitatem.

Primo consideremus veritatem per quam disputandum est. utrum primorum parentum peccatum sit inobedientia: Et videtur sic: ut patet auctoritates scripture. Unde apostolus Rom. v. ait: Per unum hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi: et per unius obedientiam iusti constituentur multi. Et Augustinus in libro de vera religione. Adā propter transgressionem obedientie de paradiso eiectus est. Et idem super Beati. ad Ieram. Non potuit melius et diligenter comedari quantum malum sit sola inobedientia cum ideo res iniquitatis facta est homo: quia ea res tetigit contra prohibitionem: quam si non prohiberet tetigisset non utique peccasset. Et idem libro. xiiij. de ciui. dei. c. xij. Non debet existimare quisquam leue ac paruulum fuisse illud commissum: quia in esca factum est: non quidem mala nec noxia nisi quia prohibita. Neque enim quicquam mali deus in illo tante felicitatis paradiso crearet atque plantaret. Sed obedientia commendata est in precepto. Que virtus in creatura rationali mater est quodammodo omnium custodisque virtutum. Hoc itaque deo cibum gratie non edendo ubi aliorum tanta copia subiacebat: tamen leue preceptum ad ob-

seruandum: tam breue ad memoria retinendum ubi presertim nondum voluntati cupiditas resistebat. Quod de pena transgressionis postea subsecutum est tanto maiori iniusticia violatum est quanto facilius res posset obseruata custodiri. Confiteri enim etiam potest quod dictum est: quia primi parentes propter inobedientiam originali iusticia sunt priuati. Unde Beatus. iij. dicit deus Adā: Quis iudicauit tibi quod mundus esses nisi quia de ligno de quo precepimus tibi ne comederes: comeditisti? Et contra potest quis arguere. Primum quod peccatum illud fuit superbia. Nam Ecclesiasticus. x. dicit: Innitius omnis peccati superbia est. Et eiusdem. xxv. c. A muliere initium factum est peccati. Et Augustinus in libro de uirginitate. Diabolus in celo uoluit esse sicut deus: cadens autem persuasit homini similitudinem uoluntatis sue. Secundo arguitur quod peccatum illud fuit auaricia largo modo sumpta. Secundum enim Gregorius super Ezechielē. Auaricia non trahit pecunie effectum: sed etiam scientie et altitudinis. Sed mulier appetit scientiam quam diabolus dicitur ei. Eritis sicut dii scientes bonum et malum. Beatus. iij. Ergo peccatus id fuit auaricia. Tertio arguitur quod peccatum illud fuit gula: quia comederunt pomum ligni ueriti. Et Ambrosius. di. xxxv. dist. c. sexto die. Bula a paradiso regnantes expulit. Et Hieronymus contra Iouinianum. Sollicite prouidendum est: ut quos saturitas a paradiso expulit: esuries reducat. Respondet Bona. dist. xxxij. ij. lib. quod principale peccatum hominis per quod lapsus est fuit inobedientia. Et ad hanc diabolus conatus est illum adducere. Sed quoniam nemo operatur aliquid malum aspiciens: nec appetit malum nisi sub specie boni. Non clare deprehendens diabolus quod non posset mulierem precipitare nisi proponeret aliquid appetibile: illa tentando proposuit ad que omnis homo naturaliter inclinatur. Naturaliter autem omnis homo appetit beatitudines: que est bonum gloriosum copiosum et delitiosum. Unde omnis homo naturaliter appetit excellentiam sufficientiam et leticiam. Et in ordinato

appetitu talium cōsistit iusticia: in im-  
 moderato hō culpa. Sula em̄ est inordi-  
 natus appetitus cibi suauiter reficien-  
 tis. Auaricia est inordinatus appetitus  
 sufficiētie. Superbia est immoderatus  
 appetitus excellētie. Diabolus ergo pri-  
 mo pmisit mulieri dignitatis excellen-  
 tiam: cū dixit: Eritis sicut di. Bene. iij.  
 Scōo subiūxit cognitionis abundantiā:  
 cū dixit: Sciētes bonū & malū. Postres-  
 mo subiūxit suauitatis experientia: cū  
 ostēdit lignū pulchrū visu: & ad vescen-  
 dum suauē. Quia ergo mulier diabolice  
 suggestioni cōsensit in appetēdo primo  
 esse sicut de: fuit superba. Deinde appe-  
 tendo scire bonū & malū fuit auara.  
 Postremo in experiēdo suauitatē ligni  
 vetitū: fuit gulosa. Et in hoc fuit trans-  
 gressiois rea & inobediētie culpa inuo-  
 luta. Nec est incōueniens plura genera  
 peccatorū fm̄ progressum cōcurrere ad  
 vnū flagitium perpetrandum. hec Boni.  
 Ex cuius verbis accipimus q̄ primi pa-  
 rentes per inobediētiā deliquerūt.  
 Scōo cōsideremus de inobediētia pri-  
 morū parentū grauitatē. Utrū scilz fue-  
 rit peccatū eorū grauissimū omnium pec-  
 catorū: Ad qd̄ respōdet dñs Bona. dist.  
 xij. ij. li. t. xxiiij. in declaratione littere  
 di. Quia vnū peccatū pōt dici graui⁹ alte-  
 ro duodecim modis. Primo mō causali-  
 tate: & sic peccatum diaboli dicitur esse  
 maximū aliorū: cuius inuidia mors in-  
 trauit in orbē terrarum. Scōo mō enor-  
 mitate: & sic peccatū iude dicitur esse maximū:  
 eo q̄ vendidit xpm̄. Tertio mō ingrati-  
 tudine: & sic peccatū illius dicitur esse mai⁹  
 qui plura pcepit dona & bñfida. Quar-  
 to mō periculositate: & sic peccatū ignorā-  
 tie dicitur esse maximū: q̄ periculosus. Quin-  
 to mō inseparabilitate: & sic peccatū cupis-  
 ditatis dicitur esse maximū: q̄ cum cetera vi-  
 tia senescente hoīe senescant sola auari-  
 cia iuuenescit. Sexto importunitate: et  
 sic supbia dicitur esse maximū: q̄ etiā ex ip-  
 sis bonis operibus cōsurgit. Septimo  
 mō pronitate: & sic luxuria dicitur esse maxi-  
 mū ad quā homines magis sunt pñi.

Octauo mō maioris gr̄e impugnatōe:  
 & sic peccatū in sp̄m̄ sanctū dicitur esse maximū  
 Nono modo rōne maioris offense: & sic  
 peccatū idolatrie dicitur esse maximū. Decimo  
 mō rōne maioris improbitatis atq̄ libi-  
 dinis: & sic cuiuscūq̄ generis peccatū  
 pōt fieri maius altero. Undecimo mo-  
 do generalitate: & sic peccatū primi paren-  
 tis dicitur fuisse maius: q̄ in totū genus hu-  
 manū se diffundit. Duodecimo mō rōne  
 facilitatis resistendi. Et sic dicit magr̄  
 sen. in rex. q̄ peccatū Ade fuit grauissimū  
 Uñ Aug. li. xiiij. de ciui dei. Adhagna fu-  
 it in peccādo iniquitas vbi tāta fuit in nō  
 peccādo facilitas. ¶ Sed adhuc dubiū  
 est q̄s eorū grauius peccauit: vir aut mu-  
 lier. Ad qd̄ do. Bona. q̄ si loquamur de  
 maiori grauitate quātū ad ingratitudi-  
 nē: grauius peccauit vir q̄ mulier. p̄ eo  
 q̄ abundantiōra dona suscepit. Et iō cū  
 bñficioꝝ obligatus: bñfactorē suū cōtem-  
 pit & offendit: magis ingratus fuit: et  
 in sui ingratitudine maiori culpabilior  
 fuit. Si autē loquamur de maiortate  
 quātū ad libidinē: & sic amplius pecca-  
 uit mulier q̄ vir. p̄ eo q̄ magis impro-  
 ba volūtate peccauit: dū cōcupiuit deo  
 assimilari. Et ardētius appetiuit dum  
 credit hoc se obtinere posse qd̄ diabo-  
 lus ei suggestit. Et ideo propter volūta-  
 tem magis improba mulier peccauit ex  
 maiore libidine: & quantum ad hoc cul-  
 pabilior viro fuit. Si autē loquamur  
 de maiortate culpe quantum ad corru-  
 ptionem consequentem: distinguendū:  
 quia aliquid potest dici corrumpere du-  
 pliciter: aut per modum cause: aut per  
 modum occasionis. Si per modum cau-  
 se: sic q̄ peccatum viri fuit causa trāstu-  
 sionis peccati i posteros: & ita corrupit  
 se & alios: maior. ¶ Secuta est ex peccatō vi-  
 ri corruptio: & quātū ad hoc culpa viri  
 dicitur fuisse grauior. Si hō p̄ modum occa-  
 sionis sic: q̄ peccatū mulieris fuit occa-  
 sio peccati viri: & ita per pñs oim̄ aliorum  
 hoc modo mulier potest dici corrupisse  
 ceteros: non solum posteros: sed etiam  
 virum suum. Unde non solus peccauit

## Seria. VI. post Reminiscere.

in se: sed etiam in proximū. Et quātum ad hoc dici pōt in muliere graui⁹ fuisse peccatū. ¶ Tertio p̄siderem⁹ circa peccatū primorū parentū inobediētiē penalitatem. Puniuit namq; deus inobediētiā illam triplici pena.

Prima fuit temporalis.

Secunda corporalis.

Tertia spiritualis.

¶ Prima fuit pena tēporalis: qm̄ eiecit eos de terrestri paradiso in quo habitabāt in quiete ⁊ delitijs ac iocunditate: priuauitq; illos habitatione tā grata. vt dicitur Gen. iij. ¶ Secūda pena fuit corporalis. Nā p̄ illā inobediētiā introduce fuere oēs penalitatem: omnes labores: oēs angustie: oēs egritudines: oia de nigr̄ ḡna mortis quib⁹ affligit hūanū genus. Et em̄ docēt doctores in. iij. di. xxx. nisi fuisset culpa: nō essent hec mala subsequita: q; vt dicit Ansel. lib. Cur deus hō. c. x. Et q̄ factus est iustus ad beatitudinē nō d; in signi pena sine culpa. Propterea dicit de muliere: Multi plicabo erūnas tuas et cōceptus tuos in dolore paries filios. Gen. iij. Ad hō dicit: Maledicta terra i ope tuo: in laboribus comedes ex ea cūctis diebus vite tue. Spinās ⁊ tribulos germinabit tibi: ⁊ comedes herbas terre. In sudore uultus tui uisceris pane tuo donec reuertaris in terraz de qua sumpt⁹ es: q; puluis es ⁊ i puluerē reuertes.

¶ Tertia pena fuit spūalis: q; ppter illā inobediētiā priuatus fuit hō origināli iusticia ⁊ fact⁹ indign⁹ beata uisione dei. O quale fuit illud malū ppter qd̄ indignat⁹ de⁹ p̄ tot annorū milia in ira cōtinuit mias suas. O grādis culpa q̄ nō nisi xpi sanguine vnq; potuit deleri. O dānosa transgressio diuini pcepti q̄ clausit oibus celū per tot annorū milia. Patet ergo qd̄ ablatū sit dei regnum. i. concessa beneficia ab homine instituto propter inobediētiā.

¶ De inobediētiā religiosorū q̄ aliqñ potest excusari: aliqñ interpretari: aliqñ nō rephēdi ⁊ rephōri: ⁊ de septe gradib⁹

vere obediētiē. Capitulū. ij. Secūda inobediētiā est religiosorū: in quibus possunt inuenire precipue triplicem inobediētiā.

Prima dicitur excusata.

Secūda interpretata.

Tertia reprobata.

¶ Prima inobediētiā est excusata: qm̄ aliq; nō obediret prelato: aut q; ppter pereret aliqd̄ p̄tra charitatē dei aut p̄tra charitatē primi: aut mādaret qd̄ nullo modo vel cum magna difficultate fieri posset. xj. q. iij. c. nō semp. Nō semp malū est nō obedire pcepto. Cū em̄ dñs iubet que deo p̄traria sunt: tūc ei obediēdum nō est. Et in. c. si dñs. Si dñs ea iubet q̄ cōtraria nō sunt vel aduersa sanctis scripturis: subyctas dñs suo seruo.

¶ Secūda inobediētiā est interpretata: qm̄ aliq; licet obediat: interpretatiue tamē inobediēs dici potest: q; desunt ei veri obediētiē cōditiones. Scdm̄ em̄ Beati septē sunt obediētiē gradus. Quorū primus est obedire libenter: que gradus: vt ipse ait: Nō pōt ascendere q̄ uolūtatem precipiētiē nō fecerit. Voc dicit ppter multos subditos q̄ prelatos simulant aut uerant in multis quib⁹ tūc obediēt cū prelati ea q̄ uolūt ipi subditi mādāt. Et si qñq; in alijs obediētiā facere uolētur coacti. Secūdus gradus obediētiē est obtēperare simplr. Multos em̄ videmus post precipiētiē imperiū multas facere questiones: dicendo: Quare? unde? quis pōt hoc facere? Inde sequit̄ murmuratio: excusatio: simulatio: ⁊ ab uocatio amicorū. Tertius gradus est obedire hilariter. Hilarē em̄ datus dicitur de. ij. Coz. ix. Quartus gradus est obedire uelociter: in cui⁹ figurā xps dicit Zach. xix. Festinās descēde. Quintus gradus est obedire uiriliter. Singl̄ em̄ sapiēs in persona obediētiē animi illud Proverb. xxi. Manū suā misce ad militē. iuxta regulam xpi dicētis Luc. xvi. Cū oia feceritis que precepta sunt

Vobis dicite: Serui inutiles sumus. **S**er-  
 ptimus gradus est obedire indefinēter.  
 Quia vt dicit Bernar. Quid cuz regula  
 prodest et ante cursum metam deficere?  
**¶** Notandū tñ fm Bofi. in. ij. dist. xliij.  
 q̄ de obediētia exhibēda prelato a sub-  
 dito religioso possumus loqui duplici-  
 ter: aut fm perfectionē: aut fm obliga-  
 tionē. Si primo modo sic dicit Bernar-  
 dus: q̄ perfecta obediētia finem nescit.  
**¶** Et perfectus obediēs nō solum in his  
 que mādat: sed etiā supra ea que prela-  
 tus mādat promptū h̄ officium. Si autē  
 loquamur de obediētia fm obligatio-  
 nē: sic habet terminū et mensuraz iuxta  
 magnitudinem voti emissi. Nō em̄ am-  
 plius tenētur subditi obedire suis pla-  
 tis: nisi in his que p̄miserunt dño ob-  
 seruare: et nō sunt dña aie et regule sue.  
 vñ si platus aliqd̄ p̄cipiat qd̄ sit supra  
 votū: subditus nō tenet ad illud imple-  
 dum. **¶** Tertia est inobediētia reproba-  
 ra eoz: sc̄z q̄ de facto suoz prelatorū pre-  
 ceptis que iusta que bona que discreta  
 sunt presumunt repugnare. Et qñq̄ to-  
 taliter sine vlla causa: sine alicuius su-  
 perioris licētia totaliter a religione de-  
 scedere et apostatare: a quibus aufertur  
 dei gratia: et datur facientibus fru-  
 ctus obediētie.

**¶** De inobediētia excoīcatorum: et quas  
 re potest quis excoīcari: et quomodo in-  
 iusta excommunicatio est timenda: et de  
 septem penalibus separatiōibus quas  
 excoīcatio facit. **Cap. iij.**



**E**tia inobediētia est excoī-  
 catorū eoz q̄ p̄pter inobedi-  
 entias et trāsgressiones suas  
 merito ab ecclia excoīcant.

**¶** Pro q̄bus de ipsa excoīcatio-  
 ne cōsideremus tria.

Primo causam.

Secdo iniusticiā.

Tertio penam.

**¶** Primo cōsideremus cām: vtrā. s. solū  
 pctm̄ mortale sit cā vt aliq̄s excoīcet: et  
 videt q̄ nō: q̄ qñq̄ excoīcat innocens  
 cū p̄bat crimeū cōtumacie s̄ eū in foro

iudicij: nec tñ iudex hoc faciēs rep̄hēdi-  
 tur: Quis in sua p̄scia sciat illū innocen-  
 tē: ergo aliqñ d̄ hō excoīcari nō p̄ mor-  
 tali. Sed s̄ ex de verbo. sig. c. ex parte. s.  
 in glo. d̄: Nemo excoīcat nisi p̄ mortas  
 li: et q̄ aliter nō pōt corrigi. et. rj. q. iij. c.  
 Nemo ep̄oz. d̄: Anathema nō nisi pro  
 mortali d̄z iponi crimine: nullis q̄ aliter  
 nō pōt corrigi. Respōdet Ricb. in. iij.  
 di. xvij. q̄ excoīcatio maior est grauissi-  
 ma pena quā ecclia possit iſferre. Et d̄  
 in pall. c. Nemo. q̄ anathema est eter-  
 ne mortis dānatio. et. rxiij. q. iij. c. Corri-  
 pianf. d̄: q̄ excoīcatio nulla maior pe-  
 na est in ecclia. Et iō sicut dicit glo. ibi  
 d̄ nō est inſtigēda p̄ leuibus criminib̄.  
 Et dicēdū q̄ iudex nullū d̄z excoīcare  
 nisi p̄ mortali pctō: nec p̄ quocūq̄ mor-  
 tali: sed p̄ pctō cōtumacie vel cui cōtu-  
 macia est anexa. rj. q. iij. c. abſt. et. c. epi.  
 Quadrupliciter aut̄ hō pctm̄ contuma-  
 cie incurrit. s. aut qñ sufficiēter vocatus  
 nō venit ad iudiciū: nec remanēti h̄z les-  
 gitimā cām. rxiij. q. iij. c. de illicita. Aut  
 veniēs respōdere cōtēnit: et rōnē redde-  
 re quare respōdere nō d̄z. Aut añq̄ des-  
 beat discedit. rj. q. iij. c. certū ē. Aut fuisse  
 nō obedit. ij. q. vj. c. q̄sq̄s p̄batus. Ille  
 aut̄ q̄ impedit aut fraudulēter p̄curat  
 ne ad ipm̄ citatio pueniat: pro citato d̄z  
 haberi. Ille etiā q̄ veniēs se nō rep̄sēns  
 tat iudicā: sed se occultat reputādus est  
 quasi nō veniſſet. **¶** Ad argumētū s̄ ope-  
 positū dicendū: q̄ erit ille q̄ excoīcat in  
 p̄dicto casu nō sit in pctō mortali: tñ iudex  
 fert s̄ntiam sicut p̄ mortali: q̄ iudex  
 in foro cōtēntioso nō d̄z iudicare fm̄ sens-  
 tentiā p̄scie proprie: sed fm̄ allegatā: iō  
 iuxta leges et iura pronunciat. **¶** Secū-  
 do de ipsa excommunicatione cōsideremus  
 iniusticiam: et querimus vtrum  
 excommunicatus iniuste debeat excom-  
 municatus reputari? Et videtur q̄ nō.  
 quia. rxiij. q. iij. c. certū ē. s. illicita. dicit:  
 Illicita ergo excommunicatio non les-  
 dit eum qui notatur: sed illuz a quo no-  
 tatur. Et. rj. q. iij. c. cui est illata. dicitur:  
 Si iniusta est tanto curare eam

Feria. VI. post Reminiscere. Sermo XXXVI

nō debet quāto apud deū ⁊ eius eccles-  
 siā neminē pōt grauare iniqua snia. Cō-  
 tra est qđ dī. xj. q. ij. c. snia. Snia pasto-  
 ris sine iusta sine iniusta fuerit timēda  
 est. Respōdet Ricb. vbi. s. qđ vt dī. xj.  
 q. ij. c. eps. s. si ergo. qđ snia aliqñ est in-  
 iusta ex aīo pferētis: iusta hō ex ordine  
 ⁊ causa. Aliqñ est iusta ex aīo ⁊ ordine:  
 sed nō ex cā. Tūc aut ex cā est iniusta qñ  
 nullū delictū oīno est in eo in quē fert  
 excōicatio qđ sit excōicatione dignū. Ex  
 aīo iniusta est snia qñ nō fert amore in-  
 sticie: sed liuore odij vel p̄cio: aut fauo-  
 re aduersarioꝝ. Ex ordine iniusta est qñ  
 fertur iudiciali ordine nō seruato: vt dī.  
 xj. q. ij. c. seruet. s. Itē snia. In oībus  
 his casibus snia excōicationis iniusta ti-  
 menda est quousq; p̄ eū qđ tulit eā vel p̄  
 aliū superiorē fuerit reuocata: exceptis  
 aliq̄bus casibus in q̄bus nō est timēda  
 qđ ponunt in glo. in p̄fato. c. snia. Unus  
 est qñ excōicatur non h̄ potestātē excōicā-  
 di. Alius est qñ fert excōicationis snia  
 post appellatiōnē legitimā ⁊ p̄inet in-  
 tolerabilem errorem: vt p̄t̄ ex de appella-  
 tionib; c. ad nostrā p̄sentia. ⁊ ex de sen-  
 excō. c. per tuas. Tertius casus cū p̄ in-  
 debitis exactionibus aliq̄is excōicatur.  
 ex de excels. prela. c. cū ad quōsdam. Ad  
 autoritates aut̄ primo allegatas dicen-  
 dum qđ intelliguntur de lesione quo ad  
 deū: ⁊ de illo qui excōicationē nō cōtē-  
 nit: ⁊ qñ excōicatio est iniusta ex causa.  
 Tertio p̄sideremus de excōicatione pe-  
 nam. Nam excōicatio maior dī anathe-  
 ma: qđ interpretatur separatio: eo qđ sic  
 excōicatus in penā cōtumacie ⁊ inobe-  
 dientie separatur a septem magnis bo-  
 nis. Primo separatur a celo: qđ nunq̄  
 intrabit in illud nisi absoluat̄ ab ea.  
 Unde x̄ps dixit Mat. xvj. Quodcunq; ligaueris  
 super terram erit ligatum et  
 in celis. Propterea Chy. xj. q. ij. c. nes-  
 mo. ait: Nemo cōtemnat vincula eccles-  
 iastica. Nō em̄ hō est qui ligat: sed x̄ps  
 qui hanc potestatem dedit: ⁊ dños fecit  
 boīes tanti honoris. Scđo separatur ex-  
 cōicatus ab omni sacramento ecclesie:

vt p̄t̄. ij. q. iij. c. Engeltrudā. Et iō nū-  
 lius sacramēti talis est capax: qđ sacra-  
 menta cōferunt existētibus in ecclesia.  
 Tñ talis nec absolui pōt a peccatis in  
 cōfessione quātūcūq; esset p̄ritus ⁊ di-  
 spositus ad faciendū oīa: nisi prius ab-  
 soluatur a vinculo excōmunicationis:  
 s̄m Tho. in. iij. ⁊ si absolueret nō vale-  
 ret: sed oporteret euz postea absolui ite-  
 rum. Nec talis pōt cōtrahere matrimo-  
 nium. Si tñ contraheret teneret quidē  
 matrimonij: sed peccaret mortaliter cō-  
 trahendo: vel si recepit ordines sacros  
 vel exequitur eoz actus: vel celebrādo:  
 vel cantando euangelium: ⁊ h̄mō: effi-  
 citur irregularis indigens dispensatiō-  
 ne pape. Tertio separatur excōicatus ab  
 ecclesie suffragio. Dicit em̄ ap̄lus Rom.  
 xij. Oēs sumus vnum corpus in x̄po. s.  
 mysticū ⁊ sp̄iale. Clarū est em̄ qđ mem-  
 brū separatū a corpore nō recipit partē  
 nutritiēti qđ per cibū assumit. Et bus  
 huius corporis sunt orationes ⁊ alia bo-  
 na que fiunt in ecclesia: sed excommu-  
 nicatus est membrum separatū ab ec-  
 clesia. Dicit em̄ Aug. de verbis ap̄li. xj.  
 q. ij. c. om̄is xpianus. Oīs xpianus  
 dilectissimi qui a sacerdotibus excōicatur  
 sathane tradit. quōd; qđ. s. extra ecclesiam  
 est diabolus sicut in ecclesia est x̄ps. Et  
 de hac etiā loquit̄. xxij. q. ij. c. ap̄lice. ⁊  
 tam sacerdos. c. fecāde. ⁊ c. corripian̄.  
 Ex quo excōicatus nō habet partem bo-  
 norū que fiunt a fidelibus. Unde diabo-  
 lus habet maiorem potestatem seuendi  
 in eum. Quarto separatur a diuino offi-  
 cio. Unde Tho. xj. q. ij. c. cū excōicatus.  
 dicit qđ nō licet cū illo orare neq; loqui.  
 Propter qđ dicit Ray. in summa. ⁊ alij  
 doctores qđ si excōicatus est i ecclesia qñ  
 dicit diuinū officij debet admoneri vt  
 exeat. Et si exire nolit: violenter d̄y emit-  
 ti. Et si fieri non pōt: dimitti debet offi-  
 cium quousq; exeat: etiā missa simondū  
 incepit canones. Secus si incepisset: qđ  
 tunc debet p̄sequi vsq; ad cōionē sum-  
 ptā: ⁊ postea residuū exēdo i sacrificij  
 dicere: Hoc nō intelligendū est qñ excō-

# Sabbato post Reminiscere. Ser. XXXVII

municatio esset notoria. Nam si occulta est non est euitadus excoicatus in publico: ne pdatur crimē. Hodie tñ p decretum cōstantien. phibita est hmoi participatio in diuinis quoad excoicatos denūciatos in ecclia et nominatim. Ipe tñ excoicatus sciēter participās in diuinis non euadit mortale pccm. Quinto se paraf a fidelium pfortio: qz nō pōt participare cū alijs fidelibus: nec ipsi cū eo in comedēdo: vel bibēdo: vel salutādo: vel loquēdo: excepri casibus q ponuntur. xj. q. ij. c. qm. in tertu et in glo. de qz bus loco suo plenius dicem. Sexto se paraf excoicatus a quolibet actu legitimo. Tñ nec testificari pōt: nec accusare nec aduocare: nec iudicare: et iudicata p eū cū notoriū esset: nō tenerēt: nec absoluerent: nec ligare: nec eligi pōt ad platurā seu dignitatē nec eligere. Solum ad pdicationē admitti pōt: sicut et infidelis: vt puertaf ex doctrina ad veram pnam et obedientiā. de pte. di. f. c. eps. Septimo se paraf post mortē ab ecclia sctica sepultura: qz nō pōt sepeliri in ecclia vel i cimiterio: sed extra sicut animalia bruta. Nec dē deferrī cū mō cōsuetō fidelium ad eccliam: nec possunt p eo fieri orōnes solēnes seu officij nisi prius absolueret post mortem a snia: qd fieri pōt qñ apparerent signa pditionis aī mortē: et q̄ q̄stuit absolutiōē. Exēplū est de illis scimonia lib: quas beatus Bndictus excoicauit ppter loquacitatem suā: q post mortē earū sunt vise exire de sepulcris et de ecclia qñ celebrat et dicebat officij: quas cūz brūs Bndictus recōciliasset: nō sunt amplius vise exire sicut refert Greg. ij. dial. li. Nō sint igit xpiani obstinati ad obediēdū spemnes ecclias cēsuras: et excoicationes paruipēdentes: qz vt dicit in. c. nihil. xj. q. ij. Nihil sic dē formidare xpianus qz se parari a corpore xpi. A ptumacibz itaqz et inobediētibus et excoicatis aufert de us gratiā suā quā nobis ei obediētibus largiat in hac vita: deinde pduens ad ethera regna: q̄ sūt bndictus in eternū

et in secula seculor. Amen.  
 Sabbato post Reminiscere: de pctō contentionis qd vt plurimum ex vana gloria ori solet. Sermo. xxxvij.




## Igitur patri suo.

ecce tot annis seruius tibi et nunq̄ mādātū tuū preterui. Lu. xv. c. et i euāg. hodie. Propriū est eozū qui inanis glorie vēto impellunt libenter cōtēdere. Qd vitiū reprehēbile inuentū est in filio seniore: de quo euāgelū meminit. Nolebat em̄ itroire domū sed p̄tēdebat nō solū cū seruis: sed etiā cū genitore suo. Et qm̄ ad p̄ntē integritatē requirit vt oia vitia deponant. Cū hō cōtentio que ex vana glia nascit periculosa possit esse atqz dānabilis: icar co de ipsa in hoc sermone dicemus: de qua tria mysteria erūt declarāda.

- Primū dicitur diffinitionis.
- Secūdo abominationis.
- Tertiū determinationis.

Quid sit p̄tētio et quō pōt fieri vel ppter emulationē: vel ppter disputatiōnē: vel ppter litigatiōnē. Cap. i.



Primū mysteriū declarādum dicitur diffinitionis. In quo qd sit contētio videamus. Et non loquimur de cōtentione que est oīo ad cōfutandū vel confirmandū accommodata qui color est rhetoricus: vt dicit Tullius i rhetorica: sed loquimur de cōtentione put est vitiū. Et sic diffinitur sicut Alex. in. ij. sum. hoc mō. Cōtētio est impugnatio veritatis cū confidētia clamoris. Est ergo cōtēdere verbis cōtra aliquem tendere. Voc autē fieri potest tripliciter.

- Primo rōne emulationis.
- Secūdo rōne disputationis.
- Tertiū rōne litigationis.

Primo pōt aliquis cōtēdere cū alio rōne emulationis et inuidie. Nam aliqui sunt qui ita diligūt suos et gloriā eoz vt non possint sine displicentia famam et virtutes aliorū audire: et dicentibus